



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

Iacobi Sadoleti Episc. Carpentoracti Epistolarum Lib. X.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

me tam studiosè inuitarent & colerent, quantoper illud  
gratum iudicarent fore. Quia cùm omnia redeant codem  
fint amoris erga me tui indicia atque signa: ne vivam, mihi con-  
cessurus tibi sum, vt tu plus me diligas, quia ego te diligo.  
Itaque & pro collegio & pro amicitia, paria tibi à me studiorum  
liceor ac defero, atque illa sunt, que tu in me contulisti & si  
poterit, etiam ampliora. Sed de his satis. Ego genus tuum non  
confiliumque in Ecclesia tua commorandi, vñue adeò probus  
non definiam id & laudare summe, & admirari. Deumque immo-  
talem quoque, vt dignum tua ista virtute animiq; confitentes  
etum atque euentum consilio tuo largiarur. Vale. III. Cal.  
septembri, M. D. XXXVI. Ex Vrbe.

IACOBI SADOLETI EPISO-  
CARPENTORACTI EPISTO-  
larum Lib. X. Epist. I.

IAC. SADOLETUS S. R. E. CARDIN-  
lis Herculii II. Duci Ferrarie, S.P.D.

**V**ONIAM habeo te inter eos quos mihi em-  
semper colendos, obseruandosque propofui: si  
putau mihi faciendum esse, vt ad te mea manu  
berem, nuntiare que id quod mihi contingit. Et  
enim nihil cogitans, ac ne cupiens quidem, sed præter omni  
opinionem meam creatus sum Cardinalis. Cuius honoris  
gnus onus & splendidum, meis tamen humeris perquimusque  
est: non enim videtur meæ fortunæ tenuisias id posse perficere.  
Tamen feram vt potero: & si copius opibusque deficiat, in ead  
borabo, vt fide, integritate, amoreque in Remp. munera  
satisfaciam. Tibi vero prestantissime Dux, cuius nominis  
sumusque familiæ iam pridem valde deditus sum, ita mes  
officiæque pollicor ac defero, vt tibi cupiam perflusum esse, pri  
bi imprimis presto semper fore: meque corum nemini qui te am  
& colunt, quorum pro amplitudine & nobilitate tua, magna  
pia est, vñquam concessurum: semperque ea libentiliter fa  
rum, que honori tibi & ornamento esse possint. Sed haec, cu  
m' u'lius venerit, re magis prestatbo, quam verbis. Tu r' med  
gas, habeasque in numero tuorum, yehementer &  
peto. Vale. Ex Vrbe, X. Cal. Ianuarij,  
M. D. XXXVI.

## II.

**JACOB SADOL. S.R.E. CARD. PETRO BEM-**  
**bo, S.P.D.**

N*on* eque hilariter possum, neq; tristib; etiam verbis ad te scri-  
bere quod in altero mihi animus meus repugnat, in altero  
homini opinio aet; iudicium. Qualemq; tamen id sit quod mihi  
accidit, ferre te volo, me his proximis comitis à Paulo III. Pont.  
Max in amplissimum ordinem S.R.E. Cardinaliū esse cooptatum.  
Quod si ne latandum, nēcne sit, equidem ignoro. Scio enim me  
alias huiuscmodi occasionses vitas: & nunc quidem certe quod  
factū est, neq; ex voluntate mea, & præter omnem expectationē  
factū est. Ac singularis quidem Pont. Max voluntas declarata  
et aderat me, qui iudicari eo honore me dignum, quo forsi  
tan non sum dignus vel potius planè non sum. quis enim est tam  
arrogans, qui audet ipse de se facere iudicium dignitatis? Sed  
quod ego sine ambiguitate & sine villo errore iudico, onera que  
honorem eum consequuntur, mihi ita grata sunt, ut nō videam  
quo pacto possim ea sustinere ac ferre. Te quidem rogo mi opta-  
tumne semper, ut me amare non desinas. Minor apud te sum fa-  
cius, quam fuerim antea. Hoc enim & ego suspicor & re ipsa ita  
est sed noli hoc quæso, mea culpe adscribere: potius fortunam  
accidit, que me compulit in eiusmodi vada & cautes, ut aut fama  
omnis prudentia abicienda mihi fuerit, aut libertas confrin-  
genda. Ego verò pudore & timiditate ingenua quadam maluī  
confundi, quam stultus iudicari. Si laplus iudicio sum, ignoran-  
tia mea tribuendum est. Si vero mea ratio habet aliquam ra-  
tionem, cum tu si defendendam suscepis, potero sperare, me o-  
mnibus paragamus & probatum fore. Te quidem ego indies ma-  
gius magisq; diligo, plurimiq; facio. Lazarum meum meis verbis  
falsitate inbetrem q; carceros: quos ferè habemus amicos commu-  
nicem. Me quo minus plura scribam, mea molesta grauesq; solici-  
tudines, & cura rerum necessariarum auocat. Vale. Romæ, Calen-  
ianiani. M.D.XXXVII.

## III.

**JACOB SADOL. S.R.E. CARD. RODVLPHO**  
**Pio Carpeni S.R.E. Card. S.P.D.**

C*um* me tecum vñā, Paulus Pontifex Maximus in amplissi-  
mum S.R.E. Cardinalium ordinem cooptauerit: non tā res i-  
pamini in cuncta accedit, propter prioris vite meæ (ut ego arbiri-  
tor) beatioris desiderium, quam summī benignissimiq; Pontifi-  
catus, & cura rerum necessariarum auocat. Vale. Romæ, Calen-  
ianiani. M.D.XXXVII.

cis tale de me iudicium, & iucundum, & gratum exitur. In quo auxil permultum animi mei latitiam, quod te solum, vel tuus ducem habitus sum in omnibus praeclaris actionibus super nos ad Dei omnipotentis gloriam, & Christiane Religionem, & suscipienda fuerint, & tractanda: ut etiam si virtus impar, voluntate tamen proximus sim futurus. Sed de his aliis Nunc tibi ex animo gratulabor, teque videre quia primum operi ut mutua nostra benevolentia, quae semper animo portus nostra, quam officiis inter nos usurpata est, propter diffiniciones videlicet nostram & viram, & locorum, nunc affiditate confundimini, & communicatione consiliorum, vberiore muto annis fructum nostrum utique afferat. Tu vale, & ignofce breviter me: plura enim scribere meq; occupations non sinuat. Itum vale: Romæ, V. Cal. Januarij, M.D.XXXVI.

## IV.

IAC. SADOL. S.R.E. CARD. MARIO &  
ligerio Rheatis, & Laurentio Grana Signis Epis-  
copis S.P.D.

**C**VM me nihil tale cogitantem, ac præter omnem expectans nem meam, optimus Maximus Pontifex in sacrum collegio S.R.E. Cardinalium cooptasset, non eximutati tantum multorum & sollicitudinis ab ipso honore, qui certè maximis operationibus est impeditus, afferriri oportere, vt officij oblitus quo mihi video ambobus vobis esse obstricetus. Tanta et honestitas carum literarum quas mihi recripsisti: adeo que velitas propensam & benevolam erga me voluntatem vifus sum agnoscere. Quod profectò gratissimum mihi accedit. Talibus enim viris, quales es tu, probatum me esse, præcipuum premium mihi videtur esse virtutis. Quæ quidem virtus si tanta in me existret, quanta à vobis magis prædicatur, quam a me ipso agnosetur, gauderem maiorem in modum iudicio doctissimorum & micissimorum. Nunc etiæ opinionibus de me vestris imparem de me sentio, amore tamen erga me vestro nihilominus faxi: in leque patior, yideri vobis maiora quæ benevolentia vobis degigit, quam qua veritas ipsa fert. Sed de his fatis. Ego hoc honoratus sum vobis non amicus inclior, sed aliquanto ornator. Quæ quidem honor magis mihi erit & optatus & gratus, si excoleltas mihi affuerint, bene de vobis, & de vestri familibus promendi. Non enim alium ex illo fructum aut specie, aut percepere cupio. Vos si pietinam vestram benevolentiam erga me confidabiris, & humanitati constabitis vestra, & facietis mihi gratulum. Valere. Scriptæ erant hæ literæ, cùm tuas eodem die Man-

Accidit accepi literas, & simul alteras ad Paulum Granæ nos-  
træ, utræque honoris nostro gratulanteis: quas nimirum libentil-  
tate. Gratulatio vestra optimi animi index mihi pergrata  
est. Vnam ego talem me præstare possum, qualem vos describi-  
atis. Conabo quidem certe: & si aliud nihil, egregiam vtique vo-  
luntatem ad Christianam Remp. afferam: cuius falsus atque am-  
plius semper erit mihi mea vita charior. Vobis autem duobus  
hoc nunc habeo quod pollicear ac spondeam, vos neque con-  
ficiamur in benevolentia erga vos mea, hec in amicitia fidera-  
mus. Sicuti quidem & virtus vestra, & mea vitæ per-  
petua conlectudo à me postulat. Iterum ac si pius valete.  
Roma.

## V.

JACOB. SADOLET. CARD. MARIO MAF-  
feo Cauallicensi Episc. S. P. D.

Est nihil adhuc abs te ad meas priores literas erat respon-  
sum, quibus in flagitiam adūerū tuum, ut nihil fieri pos-  
se videntur: tamen cum potesta fato neficio quo, aut ne fato qui-  
dem, sed optimi ac præstantissimi Pontificis nimis beneuola ex-  
gane voluntate, ignarus, & incogitans, in sacru ordinem S. R. E.  
Cardinalium cooptatus essem, non duxi prætermittendum, quin  
ad te literas hæc ipsa de re darem: quanquam eram, quod te in-  
telligere puto, maximis curis occupationibusque distentus. Sed  
tamen amor meus erga te, & officii ratio, eins quod nostræ ami-  
cione debilitas est, nullo impedimento teneri potuit, quin com-  
municaret tecum hoc quicquid esset, sive gratulandum id sit, si  
nihil non gratulandum, ut ambo id vna communiterq; faceremus.  
Non enim quicquam à te sciuimus mihi esse potest: nec tu alle-  
ni nobis ea, que mihi accident, debes exfiltrare. Sed cum iam diu  
mutuus inter nos amor animos nostros in vnum quodam modo  
confundit, debet iterq; nostrum in altero semetipsum affumare  
& ponderare. Ergo si oratione ergo hoc honore factus sum, quam  
ante, horum mihi ornamentorum pars æqua tecum est: si mihi  
minus onus, minorisq; faciens, (nam certè liber minus, & mihi  
minus burrus reditus sum) tu leuare debes onus nostrum, æqua  
omni parte mecum subeunda. Sed quoniam res impræsentia ad  
individuum difficultas est, egerit disceptatione maiore & tempo-  
re, illud utique scire interim te volo, sive præsentem hic habe-  
re, maximas partes lætitiae & hilaritatis mihi fore refuturas. Nā  
& ent in cunctis amore consiliisque requiescam: & nulla tam gra-  
uata sollicitudineque opprimar, quam asperitus ruuis, & fami-  
lians sermo noster non continuo tollat, atque auferat. Tu ut va-  
lerudini

letudini tuae seruias, mi suauissime Mari, & te huic aliquando co-  
ferre mea causa animum inducas, vchementer a te peto. Vla.  
Non.Ian.M.D.XXXVII.

## VI.

IAC. SADOL. S.R.E. CARD. ANDREAS  
Gritto Duci Venetor. S.P.D.

**C**V accipissem Amplitudinis tuae literas, & Laurentius de  
gadeni, hominis virtute & sapientia ornat, legati veluti ve-  
ba audissem, qui suo sermone egregi subsecutus est gravitatem  
earundem literarum: equidem non mediocriter sum letatus, &  
le fieri iudicium de me abs te, & ab isto ampliss. lenatu, in quo  
go vestigia antiquae dignitatis atq; autoritatis residere intelligi  
ve me quoque non inutili ministrum ad subueniendum Ca-  
stianae Reipub. esse existimet. Verum ista lexitia afferat profecti  
seum maiorem etiam sollicitudinem. Magis enim video ad  
laborandum esse, vt iudicio vestro respondeam, quam lexitum,  
quod sic me vos iudiceris. Quod si recta administratio huius  
honoris ac muneris, quod mihi nullo meo merito, sed quatinus  
bonitate præparentis Dei suffitans de terra inopem, & de fine  
pauperem erigentis, delatum est, à me ipso mihi speranda ante  
expectanda esset, diffiderem profecto, à vobis q; petrem, vna  
talem de me opinionem haberetis. Quid enim ego sum, si pe-  
memetipsum astimer, nisi plebis abiectio? Sed quoniam ad do-  
mentissimum Deum coto animo conuersus, illius viuis & ben-  
ignitatis confido, & opem expetio cupio q; illi, quanquam peccatum  
opressus, studio tamen boni & voluntatis inservire: Ipe teneat po-  
se me diuino auxilio frerum, aliquando & Reip. affilia, & ho-  
norum de me expectationibus aliqua ex parte satisfacere. Præ-  
ferrimus cum hac noua atque inaudita multis iam penè fecisti  
summi potificis Pauli tertii Bonitas ac sapientia, & collegamus  
meorum præstantissimorum hominum, virtus ac religio, aurum  
meum exciter atque eruditus; quorum ego vestigia confecit  
virtutibusque imitans, errare minimè potero. Quare in hoc  
mihi nouum vitæ genus hoc animo sum ingressus. Primum  
Deo omnipotenti, eiusq; sanctæ fidei, omni studio, opere, labo-  
re, sanguineq; deseruiam. Deinde, vt fançtam fidem Apostolicam  
præsidemque illius Paulum ita meritum de me, vt omnes sciam,  
quantum in me erit, in omni sua autoritate ac dignitate euer-  
aque conferuem. Tertio loco, vt ea agam & mediter, quae pos-  
bis, & doctis, & amantibus mei, possint & honestati esse & con-  
modo. Quo in genere gratias amplitudini tuae agens, quod id  
me tam humanè & tam amanter scriperis, & tibi & illi amplius

mo Senatus ita mea studia pollicor ac deferō, vt quoad per me  
redē fieri poterit, paucos mihi pares in amore & cupiditate ve-  
trorum rerum secundarum sitis habituri. Vale. X. V. Cal. Februa-  
rii. M.D.XXXVII.

## VII.

JACOB. SADOLET. S.R.E. CARD. CLAV-  
dio Rangone Comiti, S.P.D.

V A s ad me & ad Paulum meum misisti literas, gratae mi-  
hi maiorem in modum fuerunt. Recognoui enim in illis  
principiam illam tuam erga nos benevolentiam, quam ego ama-  
te antepes filii solitus. Praesertim adiunctis maximis virtutibus  
& animi & ingenii, quas ego in te ab incunte tua adolescentia  
properi, eademq; ad frugem bonam postea perdutas cognoui.  
Quod honore nostro laetatus sis, tam facilè tibi credo, quam mi-  
hi. Quod verè honor ipse magni aestimandus sit, dispuas  
nisi quidem & ornare & subtiliter. Sed, crede mihi, alia erant po-  
tiora, que quidem ego magno animo eram persecutus. Nunc ve-  
tere se me ipso factū inferior sim. Sed si erit locus Deo inservi-  
endi, nauandaque Reip. fortiter atque constanter, maximo me  
honore affectum arbitrabor. Quod quidem aut hoc optimo pru-  
denziamq; Pontifice gubernacula tenente sperandum est  
fate, aut nullo alio. Quorus enim quisq; in hunc altissimum ho-  
noris & dignitatis gradum iam dudum sublatius est, cui Resp. fue-  
rit cordi. Sed hac Deus viderit, cuius potestate & arbitrio regun-  
tur omnia. Te ego amo, vt debedo, meq; à te amari vehementer  
opto. Imprimisque id cupio, vt de meo optimo animo & volun-  
tate ergo te persuasissimum tibi habeas. Vale. Romæ. XIII. Idus  
Iunii. M.D.XXXVII.

## VIII.

JAC. SADOL. S.R.E. CARD. FRANCISCO  
Bellencino Mutinensi, S.P.D.

A VIDERAM sepe ex Paulo in eo, qualis tu vir, & quam mirifi-  
ca deditus liberalioribus studiis es, ad quæ ab iure Civili,  
in quo eras multis iam annis omni cum laude versatus, etiam cu-  
ram omnē animumq; transfulfies. Quod quidem erat apud me  
animi ingenui & præstantis indicium. Sed crede mihi, tua lite-  
re non modò confirmarunt opinionem de te meam, verum et  
iam auxerunt. Ita enim perfectæ atq; elaboratae in omnem par-  
tem sunt, et statuere fatis non possum, virtum elegantiis scribras  
me, an amantius: ita omnia in illis & ingenii luminibus & amo-

236  
nis sunt lira. Ex quo gratulati mihi in mentem venit communitas patriæ, quæ tot ingenia ex se, & talia effert in hoc tempore, & artium eam optimarum tanquam officinam quandam esse deamus. Quare quod mihi eloquentie laudem tribuis, scie quod dem quod in me fuit, ut digitum intenderem in eam viam, quam ad summum humanae dignitatis gradum perueni possum arbitratus, primus hanc ipse, aut certe cum paucis inter nos. Sed nunc tam ingiti tanto cum studio in eam se inicunt, ut rabilis concurfus sit. In quo ego aequissimus spectator alio Iaudis, multos partim antecedentes iam me, partim etiam contuentes, mira cum volatate conspicio, faucoq; impensis boni ingenii. Quo in numero cùm te vel imprimis confituan, deo existimare, gratum mihi accidisse istud studium quod præ te habet & colendi (ut tu aies) & diligendi mei. Nam quòd honorem mihi hunc nouum gratularis, agnoscere benevolentiam tuam de magis iure medius fidius illam pristinam meam vitam mihi esse gratulatus: qua ego beatibrem, aliam nunquam, iudicari posse posse. Ut nunc res se habet, quādo in hunc locum euedus imbutitur opera à me Deo bene iuuante, ut noſter honos non inutilis recipiat nec bonis & doctis viris infructuosus sit. Quibus quidem si non re & fortuna, at opera certe & voluntate non ero. Nullum q; maius praemium me aſſecutum esse putabo, quia si facultatem ero načus, bene de illis quacunque ratione promerendi. Tu ut valeas, nosq; diligere pergas magnopere a te pro. Vale XII. Cal. Aprilis, M.D.XXXVII. Roma.

## IX.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARPENT.  
Petro Bembo S.P.D.

**R**EDDITÆ à te breui tempore epistole mihi sunt dux, quæ in una honori nostro amicissimè gratularis, altera habet defensionem facti nostri, ita accuratam & grauem, ut summus in amor tuus cum singulari prudentia certare videatur. Sic enim occurrit omnibus dubitationibus nostris, sic omnia quæ contendi possunt, rationibus tuis dilutis atq; refutas: ut animus noster ambiguis ante & yacillans, metuensq; ne quid admisſilis malfice, quod à reliqua vita me videretur discrepare, tua nunc auctoritate firmior, & in suscepta ratione constantior multo facturis. Quanquam illa grauissima omnium ad confolandum est ratio si mihi in hoc loco constituto, tribuerit fortuna facultatem bene de bonis & doctis promerendi: hoc si contingit, cetera modice feremus. Nam quod ad ipsum me attinet, noli existimare, in Bembe, non me aliquantum animo commoueri, cum confide-

tem qui fuerim, quam beatè, & quam meum ad arbitrium olim  
vixim. Nunc autem ex illis amplissimis arque amoenissimis li-  
beratis spiratis, in breuem gyrum seruitutis sum redactus: pra-  
femum cum hic etiam honos non maiorem modò virtutem & fa-  
tum, quam mea est: fed longè opulentiorum fortunam re-  
quiat & poluleret. Sed quoniam tuus præcepis constantia anima  
insependa est, & mollices abicienda, sumus sane in omni hu-  
miliitate perturbatione fortis. Nostram perpetuam benevolen-  
tiam inter nos, amoremq. incredibilem ac singularē quo con-  
simili sumus, eisdem a mea parte tueor, tueborque diligenter.  
fim, cuiusq. à vita deserat, quam ut is vñlum vñquam detrimen-  
tum apud in evel minimum patiatur. Tu ut eodem animo erga  
meas, quo semper fuiisti, non eisdem te rogo: (non enim re-  
veri leuis facturus sis) sed tamen nescio quo pacto, ut optem  
michi in mentem venit. Vale mi charissime arque humanissime

Bembe XV. Calend. Febru. M.D.XXXVII. Ex Urbe.

X

IAC. SADOLETVS S. R. E. CARD.

Andrea Alciato S. P. D.

PLINIAS amoris atq; officij tuas accepi literas: quæ & quodd  
protecta à te, & quod amicè atque eleganter erant scriptæ,  
plenum mihi voluntatis aculerunt. Gaudebam enim Alciate  
tūc sūc vīo honorem nostrum probari: quo cum iuncta qui-  
dā reponerat propemodum totius vita communatio, & ea  
mibi molesta, nūc interdum sollicitudinem animi mei doctissi-  
morum hominum arque amicissimorum, cuiusmodi es tu, gratu-  
lato & laetitia leuaret. Erenim scis ipse profecto, quam vitam an-  
te uere eras solitus, quam beatam, quam liberam, quam  
omnibus fluentem rebus, qua incunda hominibus in vita ac-  
ciderent. Quibus omnibus nunc carere est necesse, longeq;  
dauerat & studia & in futura sequi. Sed si hoc mihi vñ incommo-  
dum, cœris forasfe vrile, ac Christiana imprimis Reipub. futu-  
rum est, tu huiusmē atque amanissimē auguraris: subeatur  
omne aus, & cuius jugo cervices subdantur. Quanquam nū  
video eis in me aptum publicis commodis, præter benē & recte  
faciendi voluntatem: qua nihil quidem nunquam aberit. Est  
eum non erat mea aliqua, sed diuino in nobis beneficio innata,  
que si sola, & cis nulla præsidis que ab ingenio & prudentia sup-  
pellatur, potest quicquam prodest rebus communibus, ope-  
ra quidem mea non defederabatur. Cetera in potestate Dei erunt,  
ad quem nos omnia sumus relaturi. De te vero mi Alciate, nun-  
quam dulitau quin summam lætitiam esses capturus quacun-  
que ex

que ex te, quam mihi honestam & virilem fore arbitrarieris. Non enim animum tuum tum propensum erga me, tum siue spem bonis omnibus fauenterem. Neque id me primum litera docerunt, sed haec tamen iucundae atque gratae quod testes extiterunt non benevolentiae soli, verum etiam memorie mei tuae. Quo ego legens videbar tecum loqui, tanta in illis fiducia, tanquam declaratio amoris tui erga me inerat. Quare te etiam oratione terendum ad me, cum otium tibi erit, scribere ne graueret. Ego quod meae voluntatis in te proprium est, sic te statuere, & in persuasum esse volo, qui te plurius quam ego faciat habere teminem. Quamobrem quicquid ego sum, aut esse vnuquam possum, totum tibi confidas & tuis commodis paratum. Vale. XIIII. Calendarum Februarij, M. D. XXXVII. Ex Vrbe.

X I.

I A C. S A D O L E T V S C A R D. S. R. E.  
Romulo Amaseo S. P. D.

N O n erat opus mecum toti excusationibus: non enim vñquam dubitauit quin tu me diligeres. Sed tamen in quodammodo excusando cum adhibuisti non mediocrem diligentiam, simul & illud, quanti tu me faceres, ostendisti. Quosq; tuo vel de me iudicio, vel erga me animo misericorditer. Virtutem tuam, quam amabam & excellens ingenium, quo exponitus, totum expressum vidi in tuis literis: quibus mihi elegius nec eruditius legi a me potuit. Omnino egregie fuisse me quod adeprus es. De quo tibi non minus gratulor, quam honoris meo es gratulator. Cui ego honoris vnam par esse possum, ut ne obruar expectatione eorum, qui magna a me possent, & maiora quidem, quam queam praestare. Sed in hoc milicioris Deus nos adiuvaret. Ego te diligo Romule, & de tuis virtutibus honestissime sentio: meque viciissim cupio a te amatus, si quid forte viri opera mea volueris, ea tibi praestare, quia ab amicissimo homine iure expectantur. Pomplum tuum hic scepè video, ciusque probitate, & ingenio, ac in melipham conseruantia summopere delecto. Vale. Romæ.

X II.

I A C. S A D O L. S. R. E. C A R D I N A L  
Achilli Bocchio Bononien. S. P. D.

N VELLA fuit antehac mihi tecum familiaritas. Verum illam tuam, quas proximè ad me misisti, cam inter nos benevolentiam conciliauerunt, que instar antiquæ necessitudinis habe-

Ita paruit mihi animus tuus, & vera visa est gratulatio, que  
ad optimo animo profecta est. Itaque te planè exstimo hoc ho-  
nore nostro vehementer esse laetatum. Qui quidem honos vi-  
nam fit eiusmodi, ut exco ego, & Christianæ Reipub. (sicut tu  
socius amicissime oprias) prodeesse possem, & doctis  
vix & probis viris, in quos mea semper fuit propensa & est volun-  
tas. Sed vere ne quod piè volo, id re praestare minus idoneus  
sum. Non enim eavitur in me, neque ea est doctrina, quam tu  
fonte arbitris. Sed cum ad præpotentem Deum & tu o-  
mnia referas, & ego ad cunctem configiam: spes est, si is nobis  
fuerit, fueritque adiumentum, aliquid aliquando nos effecturos  
est, quod ad illudrandam ipsius gloriam, & ad aliquod commo-  
dum Reip. pertineat. Verum hoc, ut illi fuerit placitum. Ego &  
gratulationem tuam gratissimè accipio, & te in suscepta erga me  
benevolentia cupio permanere. Quod ut constanter facere de-  
bet, pari ego te compensabo voluntate. Vale. Idib. Ianuarij, M.  
DXXXVII. Roma.

## XIII.

IAC. SADOLETUS CARDINALIS

Lazaro Bonamico S. P. D.

Blixit ab te acceptis commendatiis literis, iūs quōs mihi  
commendaueras, & vultu & verbis ostendi, quantum valeres  
apud me tua commendatio. Atque illi cūm adiisset me primò,  
reponimus tulissem, tua me causa omnia qua ex me velleant,  
libenter esse factū: cum reveri postea non sunt. Credo, quod  
me vident, & sc̄e noscendos mihi obtrulissent, satis putasse im-  
prudentia esse consecutus: reddituros, cum opus fuerit. Tu vero  
in confusione de me, & tibi ita persuade, quicquid tua agere causa  
contingit mihi, id gratius mihi semper futurum, quam tibi ipsi.  
Secutus sum postea tuae gratulatoriae literæ, qua Deus bone elo-  
quentia: qua copia, quibus ingenij, & amoris referat lumini-  
bus: qua cum mihi redderentur, calus interuenit mirificus. Era-  
mus enim in senatu, & prope me amplissimi viri Contatenus  
& Polius: a quibus lectæ, laudataeque mirabiliter. Farneto le-  
tissimo adolescenti deinde sunt traditæ, qui postridie domum  
mihi eas remisit. Ad eas quemadmodum debeam respondere ego  
planè ignoro. Video enim te tantum permittere amori, ut ex lu-  
dicri un, aliquin recti & boni, regionibus, non parum egre-  
dis. Tunc tanti me facis, & vñque cō de me bene exstimas, ut  
stimas magnum aliquod ex me commodum. Christianæ posse  
extere Reip. Vtinam hoc ita esset. Esem enim & fortunatior  
michi ipse, & certe amicus tibi ornatior. Quid enim est quod  
magis

magis cupiam in vita, quam huic tui de me iudicio satisfacere? Quod si tu de voluntate mea ita iudicas, nihil profecis sis. Sin autem de facultate: quid, quæso, tantum est in me virtus & sapientia, ut huic muneri obeundo egregie aptus sum? Et tamen cum voluntas sepe si acriter sit incensa, inuenire sibi ut ad res gerendas posit, dabo equidem operam, ut si non omnino at aliqua ex parte opinioni tua industria mea respondet? Quod de Paulo Terrio optimo maximoque Pontifice & leuis prelatori, & predicas: certè mi Lazarum nouum hoc exemplum apostolatus summi Pontificis iudicium, sicut in aliis constitut, qui me ab eo sunt in hunc amplissimum ordinem adleciti. Sed præ paulo antea) hoc diligentia utræ maiore, quod ingenio imbelli sum. Tibi porrò quid ego scribam? nisi & agere me tibi quoniam tantoper meo honore gauius sis, pristinumque tuum amorem erga me, omni mihi tempore probatum & perspectum, etiam in re totum exposueris arque offendeleris: & tibi polliceam illam benevolentiam, qua te semper misericordie sum amplexus, non modò stabilem & saluam confundere apud me, sed etiam etiam, quam antea, ali quantùd auctiorē. Si quidem neque ex parte spes latius traducendæ virtutis in hoc ipso honore, quoniam ceteroqui grauem seruitutem afferit, in eo mihi potius amicis & familiaribus meis, in quibus tu principem penitus obtines, & latitiae potero esse & commoditati. Vale XV. C. lende. Februarij, M. D. XXXVII. Romæ.

XIV.

IAC. SADOLETUS CARDINALIS  
Augustino Beatiano. S. P. D.

LEGANS tuum carmen mira quadam suauitate me decepit: vel propter lumina ingenij, quae in eo multa extinxerunt memoriam nostram mutatae benevolentie dulcissimeque conseruandæ, que nunquam mihi quidem ex animo lapsa sunt, nunc grata recordatione repetitur. Quod gaudens honore non mihi nouum est, neque inopinatum: eodem enim tempore tuo ipsius honore latans. Quid enim est amicitia, nisi communio rerum & secundarum, & aduersarum? Utinam modestia & cunctæ sint, per quas auilsum me a rebus mihi iucundissimum.

deo Sed si quid hic boni erit, in eo inerit, si & Reip. & amicis ego  
viri pecto & ornamento esse. In quo dabo vtique operam, vt  
quod judic in otio, in negotiis extromam. Porches modò detur  
agenda aliquid, quod sit viro dignum, meam constantiam & flut-  
tum non desiderabis. Ego tuae gratulationi ago gratias: maxi-  
meque opco, vt eadem qua suiss erga me voluntate, semper sis:  
de meque ita constitua nomen te habere, in amore tui supe-  
riorum me, paucos parcs. Vale. Romæ.

## X V.

IAC. SADOL. S. R. E. CARDINA-  
lius Lilio Greg. Gyraldo, S. P. D.

**C**RATIS mihi tuae literæ, testes tui perpetui erga me amoris,  
qui semper mihi incundus accidit. In quibus quòd honori  
meo granularis, agnoscere eandem benevolentiam tuam: & in eo  
etiam magis, quòd me eximis alicui vñi fore Christianæ Reip.  
quod nimam ita eueniait. Non enim tum me beatiore vitam  
amisces continebo, que mihi in otio & tranquillitate posita  
era: si aliqua via operis & negotijs, eandem beatitudinem pote-  
ro conquisi. Non enim minus ad felicitatem labore honesto,  
quam quiete animi peruenient. Cuius facultatis si dederit mihi  
Deus occasionem, non committam, vt frustra quisquam meam  
operam, & officium boni viri videatur requisuisse. Te cupio va-  
lere, & me at diligi etiam opro, sicut ego quidem te diligo:  
quid te declarabo, si acciderit, vt aliquando possum. Vale.  
et Vtce.

## X V I.

IACOB. SADOLET. CARDINALIS  
Hieronimo Vide Alba Episcopo, S. P. D.

**C**RATISSIMA mihi fuerunt literæ tuae: qua & veteris no-  
stræ amicitie memoriam mihi renouarunt & declararunt,  
